Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



168

Nolite tangere xpos meos · & in prophetis meis nolite malignari 7

Et uocauit famem super terram ·÷&: omne firmamentum panis contriuit 7

Misit ante eos uirum · in seruum uenundatus est ioseph 7

Humiliauerunt in compedibus pedes eius · ferrum pertransiit animã ei · donec ueniret uerbum eius 7

Eloquiũ dni inflammauit eum · misit rex & soluit eum · princeps populorũ & dimisit eum 7

Constituit eum dominum domus suae · & principem omnis possessionis suae 7

Vt erudiret principes ei sic semet ipsũ · & senes ei prudentiã doceret 7

Uocauit famem tempore faraonis · quando maegypto septem annis famis crassiciu est, et omne firmamentum · id est fructum triticeum · perduxit ad nihilum 7

Aphtiphar praeposito pharaonis · ioseph missus est in carcerem, compedes autem accepisse non legitur, sed fieri potuit · ut qui in carcere erat ferreis nexibus ligaretur, pertransiit animam ipsius ferrum · quando in has missus est angustias · ne inter mala quae iniuste passus est pũa lerent et crimina falsitatis · donec ueniret uerbum a rege faraone qui eum liberauit 7

Constituit eum dominum · quando eum fecit currum ascendere · et praeconis uoce nuntiari, hunc secundum dominum esse · post regem et principem suae possessionis 7

Ecce ante legem patriarchae non uncti unguento regali xpi dicuntur, xpi autem sunt · qui spu sco unguntur, erubescant iudaei qui dicunt non posse dnm xpm uocari · quia non fuit unctus regali unguento 7

Misit ioseph ante patriarchas · quos superius memorauit · qui utuir uiriliter cuncta sustinuit, Ordo autem uerborum talis est, misit ante eos uirum ioseph · qui in seruum uenundatus est ioseph 7

Inflammauit utiq· eum intus lumen caelestis flammae · ut futura diceret uerbatis, misit rex faraon · soluit eum a recta quo tenebatur assiricus · ipse est princeps dictus 7

Credebat pharao ut erudire potuisset principes suos · ut et ipsi somniorum interpretes esse merentur 7